

In illo tempore: Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis, et venisset Bethphage ad montem Oliveti: tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, et statim invenietis asinam aligatum et pullum cum ea: solvite et adducite mihi: et si quis vobis aliquid dixerit, dicite, quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Dicite filie Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam et pullum, filium subiugalis. Eunt autem discipuli, fecerunt, sicut precipit illis Iesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua, et eum desuper sedere tulerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cedebant ramos de arboribus, et sternerant in via: turbae autem, quae precedebant et quae sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini.